Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.

Wien, 1794 Seite 1537

Quelle:
Copyright:

quae in impreſſis deſunt. 5to. *fol.* 97. *Allegaciones Magiſtrorum Pragenſium pertinentes pro communicantibus ſub utraque ſpecie.* Exordium ſumitur ab *Auguſtini* textu: *Fieri nullo modo poteſt, ut hec ſacrarum literarum auctoritas* &c. Habentur T. *cit.* P. 22. *col.* 805. tribuunturque *Jacobello* ſeu *Jacobo de Miſa.* 6to. *fol.* 105. p. 2. *Incipiunt allegaciones ſiue reſponſiones magiſtrorum et doctorum Studij wienn. de contrario facte in concilio Conſtancien.* Hermannus *von der Hardt* T. *cit.* P. 22. *col.* 826. Reſponſionem hanc dat *Mauritio de Praga*, ſed in *Prooemio* noſtro, quod non viderat, quodque incipit: *Ceſaree maieſtati ſereniſſimi ac inuictiſſimi principis et domini domini Sigismundi — Generoſorum ac inclitorum Baronum regni Bohemie prouida ſagacitas transmittere ac preſentare curauit Codicellum quendam* &c. expreſſe legitur: *Vnde quidam inter ſacre Theologie profeſſores de Vniuerſitate ſtudij Wienn. minimus — ſaltem prout ex dudum lectis et ſcolaſticis auditis, cum plurimorum allegatorum librorum copias in Conſtan. ciuitate habere nequiuerit, ipſas auctoritates exponet* &c. *Petro de Pulka* itaque tribuendum videtur hoc Scriptum, quod et initio et fine ab edito variat.

VI. *fol.* 121. *Secuntur articuli Jo. bus extracti ex libro de eccleſia et quibusdam alijs tractatibus eius.* Numero XXX. prout extant apud *Herm. von der Hardt* T. IV. P. 6. *col.* 407. et in Collect. *Concil.* Regia T. VIII. *col.* 410.

VII. *fol.* 122. *Tractatus Magiſtri Stephani de Palecz ſacre Theologie profeſſoris contra quatuor articulos huſſitarum.* In *Prooemio*, quod incipit: *Quia teſte beato Auguſtino in una epiſtola ad beatum Jeronimum* &c. haec leguntur: *Ideo ego ſtephanus de palecz minimus profeſſorum, Archidiacomus Calliſſien. — ad honorem reuerendi in chriſto patris et domini, domini Nicolaij archiepiſcopi ſancte eccleſie Gneznen. et primatis, et venerabilis capituli ejusdem eccleſie — legendo Matheum tamquam lector ordinarius in eadem eccleſia Gneznen. Circa materiam capituli XVI^ti. tres collegi tractatulos, vnum de auctoritate eccleſie romane, ſub Themate*, Tu es Petrus &c. *quam vicleſiſte et huſſite negant et grauiter impugnant, Secundum de clauibus eccleſie ſub Themate*, Tibi dabo claues regni celorum &c. *Quibus vicleſiſte et huſſite penitus contradicunt, Tertium de portis inferi, id eſt, quatuor articulis erroneis* (de quibus mox infra) *quos vicleſiſte et huſſite ſereniſſimis principibus regi polonie et magno duci litvanie pro katholicis preſentauerunt, ſub Themate*, Porte inferi non preualebunt aduerſus eam &c. *Submittens eos correctioni ſanctiſſimi domini noſtri apoſtolici martini pape quinti* &c. Ex quibus ſequitur, Autorem, qui prius in Academia *Pragena* docuerat, finito Concilio *Conſtantiae*, Pragaque